


Kem
1974

Wem 1974

DE
COGNOSCENDIS ET CVRANDIS
S C R O F V L I S ,



CONSENSV FACVLTATIS ILLVSTRIS,
PRAESIDE
PHIL. FRIED. THEOD. MECKEL,
MED. ET CHIR. DOCT., PROF. PVBL. ORD., DIRECT. INSTIT.
CLINIC. CHIRVRG., PHYSIC. CIRCVL. SALIC. ET
COMIT. MANSFELD.

PRO
GRADV DOCTORIS MEDICINAE
d. 27. Febr. 1790.

DISPVTABIT
ERNST GOTTLÖB KRAFT ,
HALENSIS.

HALAE ,
LITERIS CYRTIANIS.

CHRISTIANUS HOMINIS
SALVATIONIS

CHRISTIANUS HOMINIS SALVATIONIS

CHRISTIANUS HOMINIS SALVATIONIS

CHRISTIANUS HOMINIS SALVATIONIS

CHRISTIANUS HOMINIS SALVATIONIS

CHRISTIANUS HOMINIS SALVATIONIS

CHRISTIANUS HOMINIS SALVATIONIS

CHRISTIANUS HOMINIS SALVATIONIS

P R A E F A T I O.

Futuros non dubito, qui, altis superciliis libelli
mei rubrum inspicientes, Iliadem post Homerum me conscripsisse pronunciabunt. Nondum enim annus est praeterlapsus, ex quo Cel. x o r t v m , medicus apud Tremonienses, classicum suum et prorsus unicum edidit opus *de vitio scrofuloso*, (Lemgov. ex offic. Meyer. 1789.) Superfluum itaque plane videbitur cuicunque lectori, addere aliquid ad tanti viri egregias disquisitiones, quibus omnia circa morbum scrofulosum adeo expedita sunt, ut pauca relinquat vel monenda vel addenda iuueni, cuius doctrina ad eam matritatis et quasi senectutis gradum nondum est euecta.

Sunt nihilominus aliqua, quae vel excusare vel defendere possunt instituti mei rationem. Quanquam enim legisse et in usum conuertisse eximii

au^toris modo nominati opus gratus confitear, tan-
tum tamen abest, ut vestigia eiusdem iugiter pres-
serim et quasi epitomes forma transcripserim, ut
potius, quod cuicunque vel per transennas in-
tuenti has paginas ultro patebit, meam ipsius viam
incesserim, circa theoriam huius mali multa protu-
lerim ab aliis haud ita ad hunc morbum applica-
ta, therapeuticas insuper regulas huic theoriae, fir-
mis innixae ac stabilibus argumentis, congruas red-
dere faterem.

Quae reliqua mihi propria sunt, ne laureo-
lam, quod aiunt, in mustaceo quaerere videar,
silentio praeteream, aequis relinquam iudicibus.

Con-

Conspicuum

I. Pathologia pars.

§. I. 2. Definitio scrofularum.

3. Conglobatas et conglobatae glandulas simul pati.

4. Discrimen ab aliis tumoribus frigidis.

5. Proclivitas infantum ad hunc morbum.

6—11. Decursus morbi.

12—21. Enumeratio symptomatum.

22. 23. Sectio cadaverum.

24—30. Aetiologya generalis morbi.

31—33. Caussae praeponentes.

34—39. Caussae occasioales.

40—43. Signa boni aut mali ominis.

44. II. Pars therapeutica.

45- 46. Prima indicatio, ut remoueantur caußae.

47—50. Secunda indicatio, ut humores corrigantur et
resoluantur stases.

51. Tertia indicatio, ut partes solidae roborentur.

52. Ulcerum tractatio.

Pars



Pars pathologica.

I.

Quoties cachexia corporis humani adest cum tumoribus glandularum, plerumque congregatarum, mollieribus; toties homo scrofulis labore dicitur.

1. *Definitio* requiritur ut essentia rei ostendatur, non *descriptio*: varii enim autores, qui aliter scrofulas definierunt, errasse in eo videntur, quod vel symptomata quaedam, essentia vel necessaria visa, protulerint, vel descripserint morbum, non definierint.

2. Nominalis haec est definitio, qua notae omnes characteristicae colliguntur, quae, ut discernatur res ab omnibus aliis, requiruntur. Definitionem realem infra pluribus elucidabimus.

2.

Colli maxime glandulae patiuntur: tumores oriuntur molles, mobiles, scirrum quadantenus aemulantes: hinc varii auctores scrofulas tantum in collo quae sierunt. Cum vero arctissimus adsit nexus totius systematis glandulosi, cum insuper pathologia generali edoceamur, ne ullam quidem corporis humani partem singulatim ac unice posse affici, ut aliae partes simul non patientur, ad usum loquendi praetantiorum auctorum quoque confugimus, et uniuersi corporis affectum in scrofulis adesse, pronunciamus: quod quidem infra ex aetiologya huius morbi magis patebit.

Conglobatae plerumque glandulae hoc vitio labrant, non exceptis tamen conglomeratis, ut glandulae, pancreas, parotides, thyreoidea, thymus et submaxillares saepissime eo afficiantur. 1)

Neque tamen desunt obseruationes, ubi cum fano systemate glandularum conglomeratarum, conglobatarum frequentissimi reperiebantur tumores. 2) Plerumque tamen in decursu morbi conglomeratae, quae antea nil patiebantur, eodem affectu laborare incipiunt, initio autem tantum conglobatae.

1) Haen rat, med. T. II. p. 151.

2) Ruyfch tract. de valuul. lymphat. c. 20. Steenonis de glandulis oris, n. 10.

4.

Tumores sunt molliores systematis glandulosi et mobiles, qui scrofulosum morbum designant: eaque ratione melius discernuntur a scirrho, quippe qui duriorem sicut tumorem. Cum autem uterque affectus ex eodem vitio systematis glandulosi pendere videatur, nexus quoque patet inter scirrum et scrofulas. Caeterum dolor abest in utroque affectu. Ex aetiologya elucebit, farcomata omnia, quibus adnumeramus polypos, fungos, cystides, lupias, lipomatata, verrucas, condylomata, callositates, stegno-fes etc., imo alias quosdam affectus, velut rhachitidem, paedarthrocacen etc. quodam cohaerere modo cum morbo scrofuloso.

5.

Experientia quotidiana docemur, infantes praeprimis magis scrofulis quam scirrhis, adultos autem multo saepius scirrhis quam scrofulis pati 3). Non autem quavis periodo infantiae scrofulae aequrequentes sunt: ante tertium enim annum rariores, rariores post septimum: non desunt tamen, licet in perpaucis casibus, post annum decimum quartum vel quintum. Qui penitus carere scrofulis adultos crediderunt, vel experientiae ipsi vel usui loquendi contradixerunt, scrofulas pro scirrhis sumentes.

6.

Quemadmodum cuique morbo suum est initium, incrementum, status et decrementum, ita quoque eadem

3) Faure Mémoire sur les écrouelles. Recueil de pièces, qui ont remporté le prix de l' Acad. de Chirurg. T. III. p. 31.



eadem tempora obseruare licet in nostro. Cum vero glandulae sint partes non eo irritabilitatis et sensibilitatis gradu dotatae, vis vitalis magno impetu haudquam quidem incitatur, ut semper febris adsit et acutum morbi speciem induat. Longiora itaque et diuturniora sunt haec morbi tempora, longiora item interualla eorum.

7.

Initium quidem morbi sicut sunt noduli in locis glandulosis apparentes, submolles, mobiles, deinde paullatim duros. Oriuntur autem iidem tumores, vel subito, vel gradatim, ut in ipso initio sentiri vix ac ne vix quidem possint. Sunt variae magnitudinis, ut primum glandulae naturalis molem vix excedant, deinde vero ad magnitudinem insignem, saepiusque enormem ascendant. A pisí, nucis auellanae ad nucis iuglandis, oui gallinacei, imo, praefertim in thyreoidea, ad plurium librarum pondus increscunt.

Qui subito orti sunt tumores scrofulosi, saepius subito euanescent: alii periodis certis imminuantur, iterumque augentur. Sic obseruatum est, huius generis tumores alternare cum fluxu menstruo 4), praeterea in singulis pleniluniis increscere et rumpi, feminamque male se inde habuisse, si hoc non fieret 5). Veteres, qui astrorum influxum crederent omnium mutationum corporis nostri esse rationem sufficientem, pulueres quoque strumales non aliter applicuerunt, nisi

4) Riuierius et Hildanus apud Boreau Mém. sur les écranelles. Recueil de pièces, qui ont remporté le prix de l'Acad. de Chir. T. III. p. 69.

5) Misc. Nat. Cur. Dec. III. ann. 4. obs. 29.

—

nisi respectu simul habito ad lunae phases. Sententia veterum nuperioribus obseruationibus et theoris tantum abest ut destructa sit, ut potius valida inde accepit argumenta. Ea tamen ratione differunt nostri aevi homines in explicandis morborum periodicis vicissitudinibus, ut ad leges ipsas aeternas viribus corporis praefixas et inuariabiles appellant, quae certis statisque temporibus mutationes suas et naturales et praeter naturales instituant. Congruere tamen haec tempora cum vicissitudinibus lunae, nemo negabit, qui praeferat obseruationes in climate calidiori et sub aequatore institutas legerit.

8.

Ob cauſſas ex lymphatici ſystematis conſtitutione et nexus facili negotio deriuandas, de quibus infra, una vel altera glandula fere nunquam ſola patitur hoc malo; ſed plures simul, quae concaſenatae videntur. Initio tumefiunt glandulae ad colli latera, pone aures et ſub mento poſitae, axillares deinde et inguinales. Glandulae thyreoideae tumor ſcrofulofus, vocatur in ſpecie *ſtruma*. Imo, quod ſupra de nexus ſcirrhi et ſcrofularum diximus, hic applicari potest ad eam obſeruationem, quam primum factam a **MEGETE**, chirurgo romano insignis nominis, **CELSI** coaeuo, qui tumorem ſcrofulofum glandularum axillarium ſaepius ſequi ſcirrum et cancerum mammarum, vidi 6), deinde conſirmavit **CHARMETTON** 7). Mox quoque oculos adgreditur malum, glandulae **Meibomiana** intumefiunt et ſiftunt palpebrarum tumorem, inſignem, ac eam producunt ophthalmiae ſpeciem, quae nomine glandulosae venit.

Mul-

6) *Galen.* Meth. Med. Lib. VI. c. 7.7) *Effai ſur les écrouelles.* Recueil &c. p. 171.



Multas, imo pleraeque aliae partes corporis tumoribus iisdem afficiuntur: sic in brachiis ab humero ad manum usque, magnitudine ouorum gallinaceorum 8): sic in femoribus a pedum digitis ad inguina usque extenduntur 9): in pectore ac dorso, circa tempora et in capite obseruantur 10). Difficiles sunt faepe cognitu, nisi ipsum corpus inspexeris, adsunt dolores in progressu morbi, arthriticis similes, quorum causam medicus nequit declarare.

9.

Cum internae partes corporis, et viscera praeprimis, eadem vel maiori adhuc glandularum copia scateant, quam externae partes, iisdem tumoribus obnoxiae quoque sunt: praesertim vero congeries illa glandularum congregatarum, quae intestina secum inuicem iungit et chyli confectionem et progressum producit, mesenterium dictum, patitur tumoribus scrofulosis, qui omnibus iis vicissitudinibus et variis formis laborare possunt, ac externae partes. Initio enim molliores sunt et indolentes, deinde duritiem maiorem acquirunt, functiones viscerum abdominalium laedunt, obstructiones pertinaces producunt, et occasionem praebent infarctibus illis totam oeconomiam animalem magnopere deuastantibus. — Non tamen semper affectus mesenterii scrofulosos tumores ceterorum corporis partium comitatur, quippe cum diu viuere possint scrofulosi absque atrophia ipsa, aut infarctibus mesenterii.

10.

8) *Miscell. Nat. Cur. Dec. II. ann. 5. obs. 21.*

9) *White über Scrofeln und Kröpfe, p. 38.*

10) *Amat. Lusitan. Cur. medic. Cent. III, cur. 54. Plater Obs. Lib. III. p. 675. Barbette Prax. med. Lib. II. c. 2. Klinkofsch. diss. select. Prag. Vol. I. n. 20.*

10.

Variae autem mutationes, quas pati possunt tumores scrofulosi, sunt sequentes: Cum duriores magis magisque evaserint, *vel* in suppurationem tendunt, doloribus praegressis et horroribus variis, *vel* adhuc duriores fiunt, imo cartilagineam, siue demum gypseam aut calcaream naturam adipiscuntur.

Suppurationem tumorum scrofulosorum comittatur febris, catarrhalis fere faciem p[re]ferens; sequitur autem febris lenta, hec[ta]ica, cum tota symptomatum suorum cohorte stipata.¹¹⁾ Continuit prae[dict]a suppurationem tempore verno, quo nempe tempore vires naturae, purgantes et excernentes magnopere vigent. — Saepius tamen loco suppurationis exulceratio contingit adeo malae indolis, ut ichor foetidus emanet et sinus oriantur marginibus callosis. Minime rara est cancrosa exulceratio tumorum scrofulosorum.

In inflammationis summo gradu quoque gangraena instat, cuius pedissequa mors est.

11.

Saepius dein subito euanescent tumores scrofulosi, et vel ad alias partes migrant, vel materia contenta alio quouis modo e corpore eliminatur.

12.

Symptomata varia, quae scrofulas comitantur, praeter iam allata, sunt variis generis, pro maiori vel minori earumdem duritie, pro frequentia aut pro

11) Bonnet Sepulcr. T. III. p. 146. 152.



pro loco quem in partibus vitalibus, siue ad vitam haud ita necessariis occupant, denique pro longiori breuiorive tempore, quod ab ipso earum initio est praeterlapsum. In his recensendis ordinem veterum sequi, atque a capite ad calcem enumerare varias passiones ab hoc morbo pendentes, placet.

Apoplexiām ab ingenti tumore scrofuloso productam vidit ALIX. 12)

Epilepsia pendet nonnunquam a statu encephali scrofuloso, 13) quanquam KORTUM 14) haud ita lu- benter assentiatetur.

Delirium sequitur scirrhosam aut scrofulosam ce- rebbeli diathesin. 15)

Cephalaea pertinax cum delirio miti comitabatur tumores scirrhoſo — scrofulosos durae matris et cerebri. 16)

13.

Oculorum passiones adeo multiplices sunt, quae a morbo scrofuloso pendent, ut proprium de iisdem conscribere possem tractatum. Hic tantum paucas, easque praecipuas indigitasse sufficiat:

Aman-

12) *Observ. chirurg. Richters Biblioth. III. 150.*

13) *Russel oecon. nat. p. 97.*

14) *De vitio scrofuloso. p. 75. P. I.*

15) *Morgagni Epist. LXH. 15.*

16) *Willis de anim. brut. p. 207. Journ. de méd. 1761. Avr. p. 315.*

Amaurosis a tumore scrofuloso neruis opticis incumbente. 17)

Ophthalmia autem varia, praesertim humida, cum lippitudine viscosa, epiphora acri, tumore coniunctivae, leucomate, ipsa demum exophthalmia. 18) Sebi exfudatio spissioris, rubor coniunctivae haud adeo intensus, dolores non ita lancinantes et acuti ut in aliis ophthalmiae speciebus, glandulosam hanc dictam discernunt, secundum REILII, praceptoris, omni, qua par est, pietate colendi, egregias disquisitiones. 19)

14.

Hydrocephalum insuper fere semper in infantibus, cum diathesi scrofulosa uniuersali, praeprimis vero cum tumore glandulae pituitariae esse coniunctum, iamdiu obseruarunt WILLISIUS ET SAUVAGE-SIUS: 20) confirmarunt nuperis temporibus MAF-FEI 21) et MONROUS. 22)

Au-

17) Muzell observ. T. II. c. 14. p. 89. Loder de scirro pr. Jen. 1779. p. 6.

18) Boerhaav, de morb. ocul. P. I. c. 7. Pulvermacher de ophthalm. glandulosa. 1788. Hal. Reil memorab. clinic. fasc. I.

19) I. c. p. 49 — 55.

20) Nosol, meth. T. I. p. 553.

21) Raccolt. di opusc. fisico-med. T. I. p. 12.

22) Ueber die Struktur und Verricht. des Nervensyst. ed. Sömmerring. p. 15.



*Aurium dolores cum dyscoia pendere a tumori-
bus glandularum meatus auditorii, DUVERNEYUS,
23) a depravatione praeterea humoris ceruminosi,
BORDEUS 24) arbitrantur. Cerumen praecipue affici-
videmus ex otorrhœa, fere semper hos affectus aurium
comitante.*

Rubor et dolor narium cum anosmia frequentia
quoque sunt symptomata morbi nostri 25). Pruri-
tus narium adeo non raro, imo ipsa coryza, saepius
longe alias caussis ascripta, ideoquo perverse
tractata 26).

Labia maxime afficiuntur, quippe quae magna
glandularum copia scateant: praesertim labium supe-
rius inflatur, fissuris afficitur, largae genae fiunt, lar-
gae maxillæ, inferior praesertim, hinc pendula vide-
tur, facieque fere alienam impertit speciem. Epi-
thelium tumidum, turgidum, quasi occalescens, siue
cartilagineam induens naturam, reliquis faciei parti-
bus bene nitentibus. Fissurae labiorum rebelles,
squalentes, perpetuo stellant humorem acrem, eroden-
tem 27). Intolerabilis insuper foetor oris, allium
plerumque simulans, nullis remediis fugandus, medici-
conatus eludit. Saepe quoque ptyalismus simul est
iunctus, aegrum emacians, a variis mercurio latenti
perperam tributus.

15.

23) *Traité de l'organe de l'ouie.* 1718. II. p. 95.

24) *I. c.*

25) *Bordeu I. c. Loder I. c.*

26) *Edinb. medic. Ess.* Vol. II. p. 293.

27) *Lorry de morb. cut.* p. 649. *Bordeu I. c.*

15.

Dentes afficiuntur doloribus vehementibus, cum carie coniunctis: ginguae breues sunt, retractae apparent, callosae, unde monticolarum, aliorumque hominum scrofulosa diathesi affectionum dentes longiores videntur, quam ceterorum hominum 28). Nec lingua immunis est ab eiusmodi affectionibus, saepius inflammationem patitur ex scirrhosa vel scrofulosa diathesi 29).

Ceterum infantes preeprimis affectionibus capitis laborare maxime, cum e contraria parte adulti scrofulis vel internarum partium vel aliarum sint obnoxii, ex propria infantili aetati congectione versus superiora non aegre declaratur.

16.

Ab ingentibus tumoribus scrofulosis, qui in collo locum habere possunt, angina originem coepit. 30) Deglutitionem quoque impediri a glandularum thy- mi, oesophagearum, imo pulmonalium tumoribus; observationibus BONNETI, 31) HALLERI 32) aliorumque liquet. 33) Totum quoque collum non ra-

19

28) *Bordet* I. c. p. 67.

29) *Platner* instit. chir. §. 606. p. 388. ed. 1748.

30) F. *Plater* observ. lib. III. c. 7.

31) *Sepulcr.* Libr. I. sect. XI. obs. 4. p. 355.

32) *Opusc. path.* p. 7.

33) *Gesners Beobacht.* I. 161. Comment. *Harlem.* XII. 2. p. 18.



ro obſtipum fieri a ſola tumorum eorumdem mole,
praeter HILDANUM 34) etiam alii obſeruarunt.

17.

Si diſceſſeris a carcinomate mammarum ſcrofuloſo, quod medelam fere ſemper reſpuit, et de quo BIERCHEN egregias nobis reliquit obſeruationes, 35) pulmo-nes ipſi maxime afficiuntur ſcrofulis, unde innumera paſſionum copia excitatur. Hinc tuffis pertinaciflma, arida, cum grauitate peſtoris, ſputis aridi, ſemper crudis, ſumma cum diſſicultate, imo anxietate ei- ciendis. Deinde macies, febris heſtica, haemoptysis in decurſu morbi accedens, niſi pernicioſa, ta- men mali ominis: anhelatio, dyspnoea et asthma, aphonias: quea omnia miro modo adaugentur, pe- ioribusque iunguntur ſympomaticibus, dum tubercu- la aut ſcrofulosi tumores pulmonum rumpuntur et in ulcera tranſeunt. 36) In phthiſi ſcrofuloſa pulmo- num non raro paralyſis alterutrius brachii animad- uerſa eſt, quea ex preſſione glandularum tumefacta- rum in ganglia thoracica et neroſ brachiales expla- nari poſteſt. 37) — Peripneumoniam infuper obſer- uarunt aliqui auctores pendere a tumore ſcrofuloſo glandulae thyreoideae pulmones comprimente. 38)

18.

34) C. III. obf. 58. p. 266.

35) Om Kräftsådoren p. 47.

36) Morton phthiſiol. p. 113. Reid on the phthiſi pulm. p. 120.

37) Haen rat. med. T. III. c. 6. obf. 16.

38) Schmuckers chirurg. Schrift, I. 299.



Si tandem ad abdomen progredi placet, non minor est copia affectuum ex tumoribus scrofulosis singularum partium deriuandorum.

Cardialgia, vomituritio, vomitus assiduus a scrofulosis glandularum pancreatis, lienis, hepatis, aliarumque partium intumescentiis, frequentius observatur. Citare tantum placet BONNETUM, 39) RHODIUM 40) et RIVERIUM. 41)

Enteritis, colica et ileus accusant tumores variarum partium abdominis scrofulosos, scirrhosos, tanquam caussas. Ab assumptis omnibus augetur anxietas et vomitus, dolor increscit faecibus et flatibus prodeuntibus. 42) Obsipatio pertinacissima adeit, infardib[us] a KAEMPFIO 43 a.) adscripta. Saepius tamen quoque deiectiones obseruantur virides sive atrae, foetore enormi pollentes. Quandoque etiam, praesertim in infantibus, diarrhoea chylosa oboritur, maxime a scrofulis mesenterii, unde atrophia sequitur.

Sic quoque videmus *urinam esse vel chylosam, vel mixtam fibrosis adiposisque corporibus, vel denique*

B 2

que

39) Sepulcr. obs. 31.

40) Cap. II. obs. 95.

41) Cap. II. obs. 48.

42) Kerkring obs. 43. Quarini meth. med. infl. p. 188.

43 a.) Bord. I. c.



que viridescentem, qualem vidit KORTUM: 43 b) alioquin vero adeo acidae indolis, ut et syrum violarum rubro colore tingat. 44) Generatim vero semper fere cruda apparet urina in morbo, cum hypoestasi vel pituitosa vel lamellosa. — *Enuresis* quoque, siue mi^ctio inuoluntaria, saepe inficiis aegris, accidit frequenter in infantibus scrofulosis. 45) Imo ifchuriam refractariam, tanquam sequelam prostatae tumoris scirrhoso-scrofulosi, viderunt Sueci. 46)

19.

Aseiten, *hydropem ana farca*, et *hydrothoracem* ab infarctu glandularum mesenterii saepius pendere obseruatio mihi videtur communis. 47) — Tumorem abdominis, physconiam, tympaniten vel meteorismos ab eadem caufa saepius produci, permuli obseruarunt auctores. 48)

Lumbago, aliique arthriticorum similes doles auctorem nonnunquam habent tumorem mesenterii glandularum scrofulosum. 49 a) Sterilitatem cauf

43 b.) *Borden* l. c.

44) l. c. p. 140.

45) *Kämpf* *enrichid.* p. 224.

46) Aet. Suec. Vol. XIX. p. 216. sq.

47) *Sauvag.* sp. 5.

48) *Paraei* *Opp.* Lib. VII. c. 21. *Morgagni* Ep. XXXIX. 2.

49) *Wharton* *adenogr.* p. 147.

—

caussari quandoque a scrofulosa materie uterum occupante, nuper BOSIUS ostendit. 49 b)

20.

Bleorrhoeam, licet saepius a caussa scrofulosa produci iam animaduerterint KAEMPFPIUS 50 a) et MURALTUS 50 b), bene tamen distinxit et egregie hanc materiam dilucidauit HECKERUS, 51) quem, tanquam classicum de blennorrhoea auctorem, allegare tantum hic placet.

21.

Minime quoque emancipatae sunt extrémitates malis multifariis caussam scrofulosam arguentibus. *Contracturas*, 52) *claudicationes*, 53) *hydarthrum* 54) (*White swelling* Anglorum) et *rhachitidem* 55 a) obseruarunt auctores ex hoc morbo originem ducentes. Herpetica exanthemata scrofulosae indolis non raro reprehenduntur, hinc quoque variii acrimoniam her-

49 b) *Progr. de scrofulis uteri sterilitatis seminarum caussa.*
Lips. 1787.

50 a) *Enchirid. p. 234.*

50 b) *Vademecum. p. 64.*

51) *Ueber den Tripper. p. 51. cf. Howard über die Lustseuche. Th. I. S. 207.*

52) *Selle medic. clinic. p. 245.*

53) *Bell on ulcers. p. 240.*

54) *Lorry de morb. cut. p. 650.*

55) *Glisson de rhachit.*



herpeticam scrofulosae valde analogam esse autum-
runt. 55 b)

Infestant extremitates varia ulcera scrofulosa ab
omnibus aliis ulceribus probe distinguenda, sordida,
humida cum labiorum intumescens pallida, crassa,
pure mucoso, copioso, nonnunquam cum exostosibus
et carie in singulis digitis manuum pedumque. Haec
egregie descripsit BELLIUS 56) in opere supra iam ci-
tato.

22.

Ne aliquid demum praeterire videamur, de haemorrhagiis pauca adhuc monere liceat, quibus scro-
fulosi, praesertim infantes, subiecti sunt. Huc per-
tinent epistaxes, siue narium sanguifluxus, quibus,
tanquam signis latentium infarctuum mesenterii, ni-
titur KAEMPFPIUS 57) In progressu morbi, pernicio-
fas esse hasce haemorrhagias, et praesertim indicia
resolutionis humorum, inuenit KORTUM. 58)

23.

Ne aliquid desit ad aetiologiam huius morbi
rite stabiliendam, paucas tantum sectiones cadaue-
rum, qui morbo scrofuloso, vel tabe, quam dicunt
glandulariem, laborarunt, adiungam.

Quod

55 b.) Methode, die Krankh. des Unterl. zu heilen. S. 49.

56) On ulcers p. 348.

57) Methode, die Krankheit, des Unterl. zu heilen. S. 166.

58) I. e. p. 144.

Quod ad tumores ipsos glandularum attinet,
 HALLERUS 59) saepius se vidisse testatur, densis
 ipsis stipatas esse tunicis, telam cellulosam in soli-
 diffimum, imo cartilagineum corpus mutatam. Quan-
 doque spissae ipsae glandulae videbantur, nucleus
 vero cartilagineus, radiatim ad peripheriam extensus:
 interdum callosae quasi et membrana cartilaginea
 inclusae obseruabantur, quam cystidem vocant. 60)
 Praesertim eae glandulae scrofulosae, quae suppura-
 rationem perpeccae sunt, adipiscuntur cartilagineam
 naturam, quod etiam in quoconque ulcere accedit, ubi
 cicatricem obtinuit. — Sic caseiformem infarctum glan-
 dulae thyreoideae post pneumophthoen reperit HOFF-
 MANNUS. 61)

Non carent scripta obseruatorum casibus, ubi
 glandularum tumor cretaceam, calcaream naturam
 sibi vindicaret, aut ubi fabulum contineret sive ossea
 concrementa. 62)

Cetera corporum sectorum viscera monstrarunt
 statum praeternaturale tumoribus glandularum
 analogum. Hepar siccum, mole austum, flauum
 vel album, bilem in vesicula albam pellucidam instar
 ichthyocollae. Aliorum hepar atro-bruneum: bilis fla-
 uissima, spissa et abundans: cetera viscera abdominalia
 obstructa, indurata, ulcerata, excisa, emaciata, aliaque
 vitia quae a morbo ad serofulas accedente, ab atro-
 phia, phthisi vel hydrope pendent. 63) — Sic renes
 ex-

59) Element. physiol. T. I. p. 182.

60) Borden l. c. p. 61.

61) Consult. et respons. medic. Sect. II. Cap. 75.

62) le Cat trait. des sens. p. 379. Haen rat. med. P. II.
 sect. XI. p. 149.

63) Borden l. c. p. 52. Wahlbom Vetenskaps Acad. Handl.
 för år 1762. p. 158.



exulcerati, cor exulceratum, lardacea materies per totum pulmonum viscus, farcomata polyposa ventriculi et intestinalium inueniebantur. 64)

24.

Iam vero patere videtur via ad theoriam huius vitii extruendam. Symptomata indicata et observationes auctorum de mutationibus, quae in hoc morbo contingunt, peculiaris quidem esse indolis, et verum statum internum corporis, quo functiones laedantur, argumentis sat luculentis manifestant.

Cum itaque statum sistant scrofulae corporis internum, quo functiones laeduntur, *morbis* nomine omnino veniunt insigniendae: nam passiones indpendentes sunt nimis multae et nimis sub sensu cadunt, ipseque status nimis manifestus est, ut morbi nomen omnino mereatur. — Ecquid autem docent allatae obseruationes de indole et natura huius morbi? Quid praecipue peccare videtur? — Nonne quiuis, rationis suae recte compos, nobis lubenter concedit, glandulas cum humoribus contentis praecipue pati, in his adesse eam spissitudinem, tenacitatem et caco-chymiam, quibus functiones corporis humani laedantur? Videntur itaque scrofulae omnino ad *cachexias*, siue eos morbos posse referri, ubi lympha praecipue eam viscositatem et depravationem experta est, ut et habitus corporis deprauetur.

25.

Cum autem quiuis status affectum siue passionem supponat ab alio productam, assumere oportet quoque

64) *Deas* pract. of Surgery p. 265. *Lieutaud* Synops. —

que huius effectus cauſſam, quam rite dicimus *cauſſam proximam*, ſive *effentiam et naturam morbi*, 65) qua nempe poſita, morbus illico ponitur. — Hanc putamus eſſe atoniam, torporem ſyſtematis glandularis et lymphaticorum, quo fit, ut minus fiant irritabiles glandulae, minusque percipient ſtimulum ab humoribus affluentibus iipſis illatum: quam vt effentiam morbi, ſive *definitionem genethicam et realem*, oſtendamus eſſe omnibus fuis momentis iuftam et adaequatam, excurrere liceat ad inuenta et obſeruationes recentiorum anatomicorum circa ſtructuram et uſum vaforum lymphaticorum et glandularum.

26.

Systematis lymphatici imperium per uniuersum corpus animale patet, absorptionisque negotium eidem eſt traditum. Sunt autem vasa lymphatica penitus diuerſa a minoribus ramis vaforum ſanguiferorum, proprios habent fines, propria orificia. Originem capiunt nec ampullulis, nec glandulis, ſed plexibus retiformibus mirabili modo intricatis, adeoque paruis, ut inuestigationem oculatissimorum diſectorum ad hunc uſque diem effugerint.

Aſborbent vafa lymphatica, quidquid humorum vel tenuium vel ſpiffiorum in cavitatibus corporis continentur, vel ad ſuperficiem eiusdem affertur, imo ſolda eaque minima corpuscula ſecum quoque abripiunt. Tunieis circumueſtiuntur, quas pollere *irritabilitate* et vi musculari, nemo forſan negabit, qui absorptionis officium non ex fuga vacui, vel ex tubulorum capillarium ſimilitudine explicare, ſed, in viuo cor-

65) Cauſſam proximam morbi cum effentia morbi eamdem eſſe edixit Ganbius Instiſ. pathol. medic. §. 67.



corpore animali viuas quoque vires assumere cupuerit. 66 a)

Vasa lymphatica in eo differunt a vasis sanguiferis, quod non semper in truncos maiores, et in cauitatem coeant communem, sed variis truncis maioribus diuisa vel hac vel illac progrediantur, donec vario modo in sanguinis massam lympham veherre possint. Neque enim cisterna lumbaris nuperis obseruationibus confirmatur, neque unus tantum ductus thoracicus adest: sed pluribus viis vasa eadem congressum celebrant. Diuersa quoque esse vasa lymphatica pro variis corporis visceribus, cum LUDWIGIO 66 b) facile crediderim. In alio viscere enim reticulata, in alio fasciculata apparent, in alio aliter progrediuntur, ut neque pulmonum vasa cum renalibus, neque hepatica cum intestinalibus conueniant. Hinc quoque secretionum et physiologicarum et pathologicarum theoriae multum lucis affulgere recte quidem opinatus est auctor in indaganda natura maxime sedulus.

Intercipiuntur praeterea vasa lymphatica continuo glandulis congregatis, corpusculis plerumque ouatis, mollieris texturae, compositis tela cellulosa et plexibus vasorum sanguiferorum. Paucos vero, imo fere nullos ineruos cum glandulis connubium celebrare, testantur cum MASCAGNIO, 67) HALLERO, 68) CRUIKSHAN-

66 a) Schreger de irritabilitate vasorum lymphaticorum.
1789. Lips.

66 b) Physiologorum ac pathologorum de systemate absorbente recentissima decreta. Lips. 1789. p. 10.

67) Vasorum lymphat. histor. et ichnograph. fol. max. Sen.
1787. p. 30.

68) De praecip. corp. hum. part. fabric. et function. l. 347.



SHANKIO 69) WALTERO 70) multi alii. Molliorum texturam glandulis adscripsimus: videntur enim omnino carere tunica musculosa. 71) — Vasa sanguifera ad glandulas progredientia mirifice implicata, variis plexibus intricata, innumerisque et valde tortuosis anfraetibus replicata apparent.

Vasa quoque lymphatica fere eodem modo se habent in suo per glandulas conglobatas decursu: sunt enim vel *aduentia* vel *efferentia*. Haec innumeris surculis ex cellulis corpusculi glandularis, vel ex interstitiis plexum prodeuntia, in minores rameculos coeunt, qui per glandis superficiem serpunt et in ramos amplioris paullulum diametri uniuntur. Tota interna glandularum fabrica retiusculis et plexibus vasorum et sanguiferorum et absorbentium componitur: haec praesertim diuiduntur, inuicem coeunt, fleantur, extenuantur, dilatantur, cellulas efformant, iterum constringuntur, mutua demum commixtione surculorum, praesertim vero ramis in celas immisis, indeque inductis, ampio commercio donantur. 72) — Vasa praeterea *aduentia* maiori numero plerumque obseruari, quam *efferentia*, cum CRUIKSHANKIO 73) non pauci contenderunt.

In

69) Beschreib. der einsaugenden Gefäße des menschlichen Körpers. 1789. Leipz. p. 71.

70) Nervor. thorac. et abdom. tab. Berol. 1781.

71) Cruikshank I. c. p. 68.

72) Mascagni I. c. p. 31.

73) I. c. p. 73.



In litem illam celebrem de structura glandularum hic quidem ingredi, meum non esse arbitror, videtur tamen utraque sententia, et quae cellulas et quae tantum plexus vasorum sanguiferorum et lymphaticorum tanquam partes constitutivas assumit, fidem mereri simultaneam.

28.

Glandulae hae conglobatae non in omnibus corporis humani partibus sunt detectae: carent omnino pedes et crura sub genu glandulis, licet paucas tantum viderint HEWSONUS et MASCAGNIUS; 74) sic quoque in antibrachio et sub velamentis corporis communibus deficiunt. An vero in encephalo omnino desint, dubius adhuc haereo, cum glandula pituitaria haud quidem adeo manifesto ad genus conglomeratarum pertinere videatur, cum WRISBERGIVS et SOEMMERINGIVS quoque glandulis Pacchionianis adhuc faueant, 75) cum denique MASCAGNIUS 76) et WINTERBOTTOM 77) vasa lymphatica in encephalo se vidisse testentur. Ita quoque glandulam thymum ad genus lymphaticarum censere, suadet praesentia vasorum absorbentium in eadem, quam fide digni et oculatissimi detexerunt nostri aeui dissecatores. 78)

29.

74) Ludwig I. c. p. 19.

75) Hallers Grundriss der Physiologie, von Meckel. S. 248.

76) I. c. p. 127. Tab. XXVII.

77) De vasis absorbentibus. Edinb. 1781.

78) Mascagn. I. c. p. 55, Tab. XXI. Cruikshank I. c. p. 175. not. **)

29.

His iam patere videtur officium et usus glandularum conglobatarum: moram enim dant lymphae ad ipsas allatae, praeparationem humorum promouent et secretioni inferuiunt. Defectus enim texturae musculofae et neruorum in glandulis, gyriformes anfractus et glomeruli vasorum spiratim conuolutorum motum lymphae aduectae tantum abest ut promoueant, ut potius retineant et retardent.

Hinc concludimus, moram eamdem augeri, diutiusque retineri lympham in glandulis, dum telae cellularis contractilitas, vasorum et sanguiferorum et absorbentium irritabilitas et sensilitas caussis variis est labefactata et imminuta. — Easdem caussas remotas morbi scrofulosi iam indagemus, quae omnes in eo conueniunt, ut debilitatem partium solidarum inducant, motum humorum retardent, hinc quoque humores, praesertim autem lympham, spissiores reddant, et depravent lymphae mixtionem, obstructiones producant et infarctus.

30.

Caussae remotae autem cum sint vel *praedispontentes*, vel *occidentales*, ab illis initium faciamus. Quae quidem cum sub nomine seminiorum veniant, distinguuntur in seminia naturalia et *praeternaturalia*.

31.

Inter illa militat

a. *Aetas infantilis.* Corpora enim infantum magis abundant fluidis quam solidis partibus, et, quamvis irritabilitate polleant viuidiori, nil tamen obstat, quo-



quominus solidae partes eo sint debiliores ac procli-
uiores ad laxitatem. Glandulae praesertim corporis
infantilis videntur ultimo loco formari, veramque
acquirere structuram elasticam et organicam. Acce-
dit, humores infantum eam concentratam mixtio-
nem fere non habere, quam in adultis obseruamus,
hinc quoque eum stimulum impetrare non posse par-
tibus contentis, ut aequi celeri motu promoueantur.
His denique adiungas motus defecatum in infantibus,
et nutrimenta ad visciditatem prona et ad acidam ca-
cochymiam, quae quidem per se spissitudinem humo-
rum inducere potest: habebisque rationes sufficientes,
quare infantes magis sint proclives ad stagnationes
humorum praesertim in systemate glanduloso, quam
adulti. Habitu quoque diathesis peculiaris scrofulosa
dignoscitur: cutis enim tenera, glaberrima, collum bre-
ue, frons curta et angusta, tempora pressa, largae maxil-
iae, genae plenae et roseae, oculorum iris caerulea,
pupilla ampla, capilli molles, albi: caput sueto ma-
ius: venter tumidus, tensus ac durus: ingenium maxi-
me acutum optimaque memoria in iis infantibus
obseruantur, qui scrofulis fauent.

b. *Sexus sequior* magis fauere dicitur scrofularum
generationi, quam noster, quod ex laxiori structura
partium solidarum explicatu facile videtur.

c. *Temperamenta* phlegmatica et melancholica
praedispositionem continent ad morbum scrofulosum,
cum partes solidae laborent debilitate et laxitate,
fluidae autem spissitudine naturalem excedente et
viscositate.

N. Dimicare cum nostra opinione, quod irrita-
bilitas imminuta fere semper adsit in dispositione
scro-

scrofulosa, videtur obseruatio WHITII 79), quod nempe homines structura delicata ac irritabili scrofulis frequentius sint obnoxii, quam qui gaudeant robustioribus partibus solidis. Salua tamen nostra res est! Magnum enim interest discrimen inter irritabilitatem cum debilitate coniunctam et eam, quae a bona ratione robustarum fibrarum pendet. Illa enim maxime proclivis est in laxitatem, et caussis magnopere fugacibus deleri potest: illam quoque reperimus in sexu sequiori.

32.

Horum (seminiorum quippe non — vel praeter-naturalium) praecipua praedicantur:

a. *Haereditaria labes.* Hanc qui strictiori sensu assumferunt, ad miasma quoddam, seu materiem specificam ex parentum corporibus ad embryonem propagatam confugerunt. Cum autem eiusmodi miasma in scrofulis quidem statuere nobis non liceat, ob rationes infra indigitandas, alio modo propagationem morbi scrofulosi a parentibus ad infantes, quam quidem omnino negare erubescerem 80), explicare satagam. Constitutio enim debilis, laxa parentum non potest non quoconque modo embryonis naturam sibi analogam reddere, eamque simul producere humorum viscositatem, quae, accendentibus in primis mala diaeta, aliisque caussis occasionalibus, euindem morbum producere potest.

b.

79) l. c. p. 19.

80) Cullen's first lines of the pract. of phys. Vol. IV. §. 1739. Macbride Introd^{ct}. à la théor. et à la prat. de la médec. T. II. p. 512. Kortum l. c. p. 280.



b. *Acida cacockymia* omnino efficit eam liquorum totius corporis, et praesertim lymphae spissitudinem et, ut ita dicam, coagulabilitatem, ut, maxime in iis partibus, ubi per se iam lymphae motus adeo retardatur, i. e. in glandulis, stagnationes orientur pertinaces. Haec tantum veritas inesse videtur commentis scholae Helmontiana et Syluianae de acore humorum, scrofularum caussa, quod inter caussas praedisponentes omnino locum suum, eumque principem, obtineat. Plura phaenomena huius morbi, quae partim supra recensui, commonstrant, in ipso morbo plerumque certe dominari acorem humorum, verum tanquam caussam proximam stabilire morbi scrofulosi, quod multi fecerunt, vetat recentioris pathologiae conditio.

c. *Venerea lues parentium.* Magna certe stant nomina pro ea opinione, quae syphiliticam labem eo modo assumit morbi scrofulosi seminium, ut degeneratum sit virus venereum, adeoque mitigatum et immutatum, ut symptomata venerea amplius producere nequeat, ideoque transeat in hunc morbum. Inter defensores huius opinionis nominare placet tantum paucos : ASTRUCIVM 81), ROSENSTEINIVM 82), HAUSMANNVM 83), SAUVAGESIVM 84), SELLIVM 85), HECKERVM 86) et SANCHEZIVM 87). Confugunt autem

81) De morbis vener. T. II. p. 7.

82) Von Kinderkrankheit, ed. 4. p. 677.

83) De morb. vener. Iatu. Gött. 1778.

84) Nosol. meth. T. III. P. 2. p. 240.

85) Med. clinic. ed. 3. p. 243.

86) Diff. qua morbum scrofulos. et venereum cumdem esse contendit. 1787.

87) Sur les maladies vénérienn. 1785.



autem omnes ad sequentia argumenta: 1) ad analciam morbi utriusque et symptomatum similitudinem, quae ab incrassata et deprauata lympha in utroque effici videntur: 2) ad obseruationem frequentissimam, quod parentes venerei progignant infantes labē scrofulosa infectos: 3) ad usum mercurialium in utroque morbo, praesertim inunctionum in scrofuloso.

Quaecunque contra hanc opinionem alii, praesertim laudatus KORTUM 88) protulerunt, haud ita sunt comparata argumenta, quae totam everttere priorem possint opinionem. Cum enim statuant, scrofulas prius adfuisse quam malum venereum, demonstrare cogantur prius originem luis venereae, quod nisi facere potuerint, collabetur tota argumenti ipsius grauitas. — CULLENII 89 a.) animaduersio, quod nempe venerea labes reuera sit a parentibus ad infantes translata, neque postea ullum scrofularum vestigium sese manifestaverit, obiectionem minoris momenti efformat. Ecquis enim unquam contendit, translationem luis venereae a parentibus in infantes, semper esse scrofulis stipatam? Sic quoque explicare nobis sumimus obiectionem KORTUMII aliam, quam nostrae opinioni opponit, quod nempe in sua regione, penitus libera a vestigiis luis venereae, tamen scrofulae perquam frequentes occurrant. Quid enim impedit, quominus morbus scrofulosus a caussis occasionalibus vehementer agentibus, absque praedispositione sensibili, seu diathesi seminali morbosa, oriri possit, dummodo semiaria naturalia adsint? 89 b)

33.

88) I. c. p. 190. sq.

89a) I. c. §. 1690.

89b) Ad unum genus refert syphilidem et scrofulas, obseruationesque non paucas afferunt de commercio lepram inter et scrofulas HOWARD Bemerk. über die Lustfeuche Th. I. S. 192. ed. Lips.



33.

Sed mittamus iam haec, et pauca tantum moneamus de sententia quorumdam, qui *variolarum* sobolem per infisionem procreatarum credunt morbum scrofulosam. 89 c) Arbitrantur quidem variolarum infestatione eam digni corporis laxitatem et fibrarum muscularium debilitatem, ut stases systematis glandulosi, totaque malorum ilias inde promanans, oriri possint. **HAENIUS** praesertim pro hac theoria dimicauit, quem cum egregie iam refutauerit, licet paucissimis verbis, **CULLENIUS**, 90) his diutius immorari non placet.

34.

Cauffae occasionales morbi scrofulosi habentur:

a. *Contagium*: siue ea propagatio morbi, ubi, ope miasmatis, aut materiei cuiusdam specificae ex uno in alterum corpus transfertur morbus similis vel plane idem. Haec vero de miasmatibus doctrina, chemicae sectae certe proles, vel plane nunquam, vel in perpaucis tantum casibus statui potest. Ideoque etiam morborum contagiosorum minor est numerus quam vulgo, olim praesertim, putabatur. Qui enim contagiosos morbos praeter necessitatem multiplicant, eos ablego ad **STOLLII** immortalis monumenta. 91) Qui autem pro miasmatibus pugnant, ii velim perpendant, ne ullum quidem humorum et ne minimam quidem humoris cuiusvis particulam posse alterari, nisi prius organa mutentur: perpendant

89 c) *Rowley* seventy four cases. 1779.

90) I. c. §. 1741.

91) *Rat. med. T. II. p. 58. T. III. p. 328.*



dant insuper, oculos hominum plane effugere subtilitatem miasmatum praepostere assumtorum, idque quod vulgo pro miasmatibus habeatur, a morbo potius deprauatam esse materiem, quam causam morbi. 92)

Observationes quoque copiosae exstant, quae, contagium debere non metui in scrofulis, ostendunt. Sic CULLENIVS, 93) FAURIVS, 94) WHITIVS, 95) DIELIVS, 96) suam quisque experientiam allegant, contagiosas nunquam repertas esse scrofulas.

35.

b. Aer humidus, paludosus, impurus, aut vicissitudinibus nimiis obnoxius. Loca humida, depressa, paludosa, quibus quoque aer est nebulosus, solida relaxant, humorum transpirationem impediunt, spissitudini sanguinis et torpori circuitus quammaxime fauent 97). Sic quoque anni tempora frigida et humida occasionem praebent, ut vel orientur scrofulae, vel latentes erumpant denuo 98). — Aer montosus, vicissitudinibus plurimis subiectus, vt in ipso summo calore frigida aura tamen flare soleat, omnino magis relaxat et debilitat corpora humana, quam aer constans, licet saepius quoque noxius sit. 99).

C 2

Im-

92) Schäffers Versuche aus der theoret. AW. Th. II.
S. 134.

93) l. c. §. 1690.

94) l. c. p. 297.

95) l. c. p. 14.

96) ibid. p. 101.

97) Lange apud Richter Chirurg. Bibl. VIII. 500. Borden
l. c.

98) Cullen. l. c. §. 1680.

99) Borden l. c.



Immundities, ad quam KORTVM respicit, omnino praecipua caussa scrofularum venit, praesertim, dum nutrimenta dyspepta accedunt.

36.

c. Nutrimenta quidem sunt vel *victus* vel *potus*. Alimenta maxime vegetabilia, farinacea, panis non bene coctus, non probe fermentatus; panis nimia copia ingestus; puls farinacea, carniumque prohibitus usus. Haec omnia agunt in humores, hos inviscando, et in solidas partes, easdem debilitando: unde stases praesertim systematis glandularis inducuntur. Quanquam etiam *solanorum tuberosorum* esum huc ducere varii voluerint, non tamen ab eorum partibus stare possum, quippe cum, nisi nimia accedit voracitas, solana tuberosa salutare habeam alimentum. 100) — Oua dura, carnes nimis pingues, aut dyspeptae huc quoque pertinent.

Aqua in pluribus locis obuia, praesertim in montibus et rupibus, continet partes terrestres, calcareas, feleniticas, graues, quae non possunt non sanguini et humoribus corporis eam impertire spissitudinem et viscositatem, qua stases et infarctus varii glandularum producuntur. — Nonne quoque vina austera, abusus theae et coffeae, ut et aliorum spirituorum, occasionem manifestam praebere videntur, ut morbus scrofulosus consequatur?

37.

Medicamenta insuper varia praepostere adhibita morbum nostrum producere possunt. Huc abusus purgantium, absorbentium, stypticorum, imo ipsius cor-

100) Spielmann Mat. med. p. 34. Bergius Mat. med. p. 104.



corticis peruviani, de quibus videlicet SYDENHAMVM, 1) KAEMPFIVM, 2) MELLINVM, 3) et KORTVM 4).

38.

d. *Transpirationem suppressam* morbo scrofuloso oriundo occasionem praebere iam monuit VNZERV, 5) FR. HOFFMANNVS, 6) urinam retentam KORTVM 7): aluum obstructam per longum tempus, obseruatio est communis. Sic quoque scabies suppressa gignit non raro morbum scrofulosum.

39.

e. *Affectus animi tristes et protractus* moeror partium solidarum tonum debilitant, irritabilitatem prosternunt, humorum circuitum retardant, humores ipsos inuiscant, omnisque generis stases et infarctus producunt. 8)

f. *Somnus nimis protractus et vita sedentaria* multum conferunt, praesertim in infantibus, ad hunc morbum generandum. 9)

40.

1) Opp. p. 510.

2) Methode, die Krankh. des Unterl. zu heilen, p. 64.

3) Kinderarzt. p. 136.

4) I. c. p. 315-318.

5) Med. Handb. p. 232.

6) Suppl. I. ad med. ration. syst. p. 53.

7) I. c. p. 325.

8) Mercurial. de morb. puér. P. I. c. 5.

9) Kortum I. c. pag. 333.



40.

Symptomata, quae tanquam communia in morbo scrofuloso protuli, sufficient ad pertinaciam, imo ad periculum eiusdem dilucidandum. Quamuis enim sit morbus chronicus, haud tamen ea tarditate et miti forma incedit, ut vitae infensus fieri non possit. Maius autem vel minus periculum et pertinaciam morbi adesse concludimus ex variis tumorum et subiecti conditionibus, ut et ex aliis morbis et passionibus.

Quae pluribus simul inhaerent locis scrofulae, eae grauius insigniunt malum. Dum nobiliores partes internas obdident, peiores sunt iis, quae in externis tantum reperiuntur: Dum mesenterii glandulae simul patiuntur, malum; namque atrophia instat, curatu perquam difficilis.

Scrofulae frigidae naturae, blandaque materie refertae, neque in alterationem pronae, diu, quin per totam vitam absque sanitatis notabili laesione persistere possunt. 10) Hinc recentes, doloris expertes et inflammationis, mobiles, cuti concolores, mitigiores sunt.

41.

Scrofulae in infantili corpore, ante pubertatem plerumque soluuntur annis pubertatis. 11) Reuerti autem, praesertim in subiectis femineis, solent menstruis cessantibus. 12) — Adultioribus vero magis.

10) *Bierchén om Kräftsådoren.* p. 41.

11) *Lalouette des écrouelles.* T. I. p. 216.

12) *Selle medic. clinic.* p. 127. *Ruffel l. c.* p. 138.

magisque ad senilem aetatem prouegetis, rarae quidem, et difficillimae omnes sunt scrofulae. 13)

Pertinacissimae sunt scrofulae haereditariae: leuiores eae, quae absque diathesi feminali prorum-punt. 14)

Scrofulae vere salutares sunt, si in phthisicis erumpunt in collo absque aliis molestiis, et sensim cessante sputo purulento. 15)

42.

Scabies ad scrofulas accedens, seu tinea capitis erumpens, fere semper criticae sunt. 16) — Interdum cessant scrofulae intertrigine pone aures oborta, aut puris effluxu ex aure, succedente inprimis epistaxi, catarrho aut alii profluvio. 17) — Alii autem profluuum solum, chylosum, frustulis caseofisis vel fibrillarum ramentis mixtum, purulentum, saniosum, valde periculosum est, cum mesenterium exulceratum indicet.

43.

Diabeten crisi constituisse scrofularum, auctor est GIRARD: 18) vomitum spontaneum utilem inuenit WEIKARD. 19) — Per catarrhum solui, obseruatio est communis. 20)

Pars

13) *Lomnus obs. medic.* p. 136.

14) *Allen synops. prax.* p. 445.

15) *Sydenham Opp.* p. 793. *Journ. de Médec.* 1777. Nov. p. 405.

16) *Stoll rat. med.* T. II. p. 47.

17) *Vogel praelect.* §. 715.

18) *Lupiologie.* p. 78.

19) *Obseru. medic.* p. 159.

20) *Daniel Syst. aegrit.* T. I. p. 259.



Pars therapeutica.

44.

Quanquam omnes medici facile concedant, scrofularum curationem plurimis esse difficultatibus obstatam, adeoque dubiam, ut pluries mali pertinacia omnes eludat medicorum conatus, fateri tamen oportet, saepius votis damnari nos, si modo rationalem eligamus bonisque indicationibus superstrutam methodum.

45.

Prima indicatio nostra est, ut fugiantur caussae remotae et contraria his admittantur, bona insuper diaeta instituatur. — Ad contagium arcendum MACBRIDIUS 21) suasit, ut soli dormiant pueri scrofulosi. — Mutatio habitationis humidae in sicciam et ventis afflatam mire profuit in casu a LANGIO 22) narrato: hanc quoque suadet BELLIVS 23 a.). Immunidades remoueantur, et lintea pura continuo mutantur. 23 b.) — Itinera quoque in regiones siccias, calidas saluti conducere, arbitratur MACBRIDIUS. 24)

Nutrimentis, quae viscositatem et acorem humorum gignunt, substituantur salubria, eupepta, praesertim siccae carnes modica quantitate: vitandi potus

21) I. c. p. 512.

22) Richters chir. Bibl. VIII. 500.

23 a.) On ulcers. p. 351.

23 b.) Bertrandi Opere T. II. p. 110.

24) I. c. p. 515.



tus spirituorum, potusque saturati ex coffeea aut thea confecti: vitanda praeſertim lacticinia, eaque carnes, quae digestioni resistunt et bonos humores conficere nequeunt, quorsum pertinet caro fuilla.

Motus et exercitatio corporis quemadmodum ubique utiles, ita quoque in hoc morbo egregium uſum praefant: huc itinera, vectio in curru et variū ludi, quibus corpus exercetur. — Somno quoque aliquid detrahendum et praeſertim matutino, quippe qui humores magnopere incrassat, vires debilitat.

46.

Remouemus cauſas occasioнаles, si obſtructio-
nem aluinam tollendo, euacuantia, praeſertim eme-
tica, refractaria dosi exhibemus. Huic scopo inſer-
uiunt *naueoſa* omnia, quae ſtages abdominis referant,
motum humorum adaugent, et egregie agunt in
ſystema lymphaticum et neroſum. 25 a.)

Emetica ipſa quanquam ſaepius quoque proſi-
cua fuerunt in ſcrofulis curandis, 25 b.) haud tamen
eum uſum mire ſalutarem praefant, quam dum in tam
parua et repetita dosi offeruntur, ut nonniſi nau-
ſeum excitare poſſint.

Laxantia per epicraſin faburram auferunt ex
primis viis, atque agunt eximie in ſcrofulis curan-
dis, dummodo non fortiora ſint, quae vocant hydra-
go-

25 a.) Phil. Fr. Meckel et Henr. Fr. Delius diff. de naueoſis.
1789.

25 b.) Weikard Observ. med. 1774. p. 136. Wilmer Cases
and Remarks in Surgery. p. 233.

goga, quanquam his quoque faueat BERTRANDI. 26)
 — Cum insuper non negandum, caussam verminosam
 saepius adesse in scrofulis, methodo anhelminthica
 has caussas remouendas esse, iudicandum: attamen
 KAEMPFIU^S 27) calculos nostros promereri videtur,
 dum, infarctus pituitosos simplices saepius pro caus-
 sa verminosa vulgo haberi, contendit: ideoque re-
 foluentia quoque hic veniunt commendanda.

47.

Secundam indicationem ita formamus, ut ad
 humores corrigendos et stases simul resoluendas re-
 spiciamus. Cum humores praecipue acore peccent,
 opponi solent alcalina, absorbentia, quae cum in-
 cidentibus et resoluentibus coniunguntur. Absorbentia
 ipsa in paucis tantum casibus videntur per se
 agere posse in fluida, simul vero semper agunt in
 solida, quod patet ex flatibus prodeuntibus, dum ea-
 dem exhibemus. Terrea varia remedia, ut ouorum
testae in puluerem redactae 28), spongia usita huc
 pertinent. Haec enim cum secundum LEWIS 29)
 alcali magnam contineat portionem, huius quoque
 viribus pollere videtur. Primus hoc remedio contra
 scrofulas usus est ARNALDV^S VILLANOVANVS, 30) qui
 quoque ample descripta præparationem, et puluerem
 ex eo composuit, quem multi alio modo præpara-
 uerunt

26) Opere P. III. T. II.

27) Methode, die Krankheit des Unterl. zu heilen, p. 152.

28) Dapeyron de Cheyssiol Journ. de Médec. T. XXXII. p.
 264. Dupré de l'Isle Traité sur le virus cancreux, 1774.

29) Spielmann I. c. p. 586.

30) Breuiar. Lib. II. c. 4. Opp. fol. Basil. 1585. p. 1191.



uerunt. Addiderunt lapides spongiae, ossa sepiae, pan-
nos scarlatinos, millepedes praeparatos, ligua suberis
usta, pumicem calcinatum, lapidem specularem,
lapidem haematiten, bolum armenam, mandibu-
las lucii, cochlearum testas, corallinas, imo
ipsum sal tartari: sed, nisi cum resoluentibus iungan-
tur, nil boni inde sperandum, quod PLATNERVS 31)
affirmat, additque multo peiorem mali faciem inde
exsurgere, si perperam haec terrea adhibeantur.

48.

Resoluentia ipsa varia sunt: et quidem vel mi-
neralia, vel vegetabilia, vel animalia.

Mineralia, quae ut resoluant, in scrofulis com-
mandantur, sunt antimonialia praeferit et mercuriali-
a. PROSSERVVS nuper remedium ex cinnabari anti-
monii et absorbentibus, deinde vero pilulas mercuri-
ariales cum purgantibus interpositis propria experien-
tia edocetus commendauit. 32) Mercurium dulcem,
aethiopem antimoniale suadet BERTRANDI, 33) uti
et inunctiones mercuriales. Turpethum minerale Gal-
li adhibent, secundum FISCHERI relationem. 34)
Mercurialia tamen malos effectus praestasse, dysphagi-
am et exulcerationem mali moris inde secutas esse,
nocuisse maxime in suppuratione et exulceratione scro-
fulo-

31) Einleit. in die Wundarzneyk. ed. Krause. p. 248.

32) Account and Method of Cure of the Bronchocèle.
1776.

33) l. c. p. 110.

34) Richters chir. Bibl. VIII. 74.



fulosa, testatur DEASIAS: 35) de mercurio sublimato alii confirmant.

Flores sulfuris cum egregia polleant resoluente et aperiente facultate, cum et in infarctibus abdominis adhibeantur, quod patet ex SELLI puluere ecphractico, ingrediuntur quoque varios strumales pulueres. 36) Alii suaserunt aquarum sulfuratarum, Aquisgranensis, Meimbergensis, usum: 37) imo artificialium aquarum sulfuratarum praeparationem docuit LALOUETTE. 38)

— Aqua Selterana, Fachingensis et Egrana egregium usum praestarunt in scrofulis: prior etiam in stadio inflammatorio cum extracto graminis et taraxaci adhiberi potest. 39)

Praeter saponacea interna et externa, forma linimentorum, commendantur quoque aqua marina et aqua, in qua abundans copia salis culinaris aut alcali fixi est soluta. De usu aquae marinae in scrofulis post RUSSELIVM 40) omnes medici conueniunt.
— Similem effectum resoluentem obseruauimus quoque adhibita aqua calcis. 41)

49.

35) Introduction to the theory and practice of Surgery. p. 376.

36) Girard Lupiologie. p. 271.

37) Bertrandi I. c. p. 118.

38) I. c. T. I. p. 216.

39) White I. c. p. 134.

40) De tabe glandulari 1750.

41) Mead monit. et praec. p. 157.



49.

Inter vegetabilia resoluentia palmam ceteris, nostris praesertim temporibus, praeripuit *cicuta*, cuius extractum in pilulis exhibetur. Suppurationem et ulcerum sanationem etiam pertinacissimorum promovere, testis est MACBRIDIVS 42) praeter alios. 43) — Radicem *ari*, tanquam incidens, et *smilacem salsaparilam* commendat BERTRANDI: 44) radicem *apii graueolentis* WOLSTEINIVS: 45) decoctum *rubiae tinctorum* MARXIVS 46) et HUNCZOVSKY: 47) *tussilaginem farfaram* FOVQVET; 48) succum *aurantiorum recentium* HVNCZOVSKY: 49) extractum *marrubii vulgaris* LANGIVS: 50) extractum *graminis* et *taraxaci* WHITIVS. 51) — Decoctum radicis *ononis* iam a MATTHIOLI 52) inde temporibus usurpatum, nuper de-

42) l. c. p. 515.

43) Dünkler Verhandel. der Genootschap te Vlissingen. p. 255. Störke de cicuta.

44) l. c. p. 118.

45) Diff. de scrofulis. 1775.

46) Observ. med. fasc. I.

47) Medic. chirurg. Beobacht. p. 135.

48) Gazette de Santé 1773.

49) Medic. chirurg. Beob. S. 176.

50) Tentam. de remed. Brunswic. domest. p. 304.

51) l. c. p. 134.

52) In *Dioscorid.* Lib. III. c. 18. p. 501.



demum a BERGIO 53) et MEYERO 54) laudatum, requirit stomachica, cum per se ventriculi vires non mediocriter labefactet.

Aceti vapores externe iam GALENVS et nostris temporibus HAENIVS 55) ad tumores dissipandos adhibuerunt. Spiritum Mindereri eodem scopo externe applicari vidit MICHAELIS. 56)

50.

Animalia resoluentia, praesertim ad externum usum, sunt:

Fel tauri, quod et interne cum extractis forma pilularum exhiberi potest. Linimentum commendauit STREITIVS 57) ex felle, oleo nucum et sale culinari, quo multoties scrofulas se dissipasse profiteatur.

Oleum cornu cerui foetidum externe applicatum laudat WOLSTEINIVS, 58) ut et *tincturam cantharidum* MARXIVS. 59)

51.

53) l. c. p. 600.

54) Richters chir. Bibl. VIII. 99.

55) Rat. med. T. II. p. 155.

56) Richters chir. Bibl. VIII. p. 127.

57) Abhandl. der Josephinischen Academie zu Wien. Th. I. p. 337.

58) Bücher der Wunderzney der Thiere. p. 155.

59) Obseru. med. p. 34. fasc. I.



51.

Omnes autem conueniunt, resoluentia, maxime vero fortiora, tantum in recentibus et frigidis tumoribus esse tentanda, deinde vero fere nullam eorumdem esse efficaciam, nisi cum *roborationibus* coniungantur. *Tertia* itaque indicatio nostra complectitur roborationem partium solidarum. Haec quidem summi momenti, neque unquam in scrofularum curatione omittenda videtur.

Primum autem locum inter remedia ad hunc finem adhibita sibi vindicat *cortex peruvianus*, sine quo equidem scrofulas fugare haud mihi sumerem. Laudant eius usum, praesertim dum suppuratio adest, aut febris hectica, plerique autores, prae aliis autem MACBRIDIVS, 60) MARXIVS 61) et FORDYCIVS 62 a.) — Amara alia sunt commendata a multis, velut piper, zingiber, sed sensibilem esse eorum effectum, haud crediderim.

Infusum *glandium quercinarum* commendat STARCKVS 62 b.) Aquae martiales et martis limatura ipsa laudantur a SELLIO et LALOETTE: 63) praesertim aqua Spadana et Pyrmontana summe proficiae fuerunt in omnibus huiusmodi affectibus.

52.

60) I. c. p. 514.

61) I. c.

62 a.) Medic. Bemerk. einer Gesellsch. in Lond. B. I. N. 17.

62 b.) Einricht. des klinisch. Institut. I. 1782.

63) I. c.

Ceterum naturae etiam in hoc morbo obtemperemus, eosque nutus criticos sequamur, quos nobis signauit (§. 41 — 43.) Sic venaelectio, alioquin perniciosa, quandoque utilis est in scrofulis, dum natura ipsa molitur epistaxis, aut dum status vere inflammatorius adest. 64)

Tum autem maximam attentionem nostram in tumorum ipsorum externam medelam conuertamus. Dum perpetuo frigidi sunt, mole tamen augmentur, *excisio* tentanda, quae interdum felici successu coronatur: 65) saepius tamen funesto euentu terminatur. 66) Pressio continua et frictio suadebatur iam a GIRARDO, 67) deinde a BELLIO, 68 a.) qui quoque saturninis tractat, ne in praematuram abeant suppurationem, unde exulceratio saepius maligna sequitur. Damnanda omnino omnia fomenta et cataplasmata, quippe quae suppurationem nimis cito promouent, cum alioquin saepius a natura ipsa tumores dissipentur, antequam ulla inflammatio consequatur.

Quodsi autem suppuratio ipsa iam imminet, nunquam fortiter allicienda, nec lanceolis aperiendus tumor, cum aeris adgressus pus deprauare et icho-

rem

64) Mead monit. et praec. med. p. 324. White l. c. p. 65.

65) A. F. Vogel diss. l. observationes, quasdam chirurg. 1771. Kilon.

66) Palfyn {Anat. chir. T. H. p. 313.

67) l. c. p. 420.

68 a.) l. c. p. 355. Cullen l. c. Macbride l. c.

rem saniosum inde formare obseruetur. 68 b.) WOLSTEINII 69) enim contradic̄tio hic quidem decernere aliquid posse non videtur, quippe cum de vulneribus equorum tantum loquatur, iisque abscessibus, qui bonum pus stillant.

Nonne quoque aer fixus, qui ex fermentantibus cataplasmatibus, v. g. melle, farina triticea et aqua euoluitur, proficuus foret in ulceribus scrofulosis? 70) Nonne carbones extincti, qui phlogiston valide attrahere solent, secundum nuperas LOWITZII 71) obseruationes, etiam in ulceribus huiusmodi commendandi veniunt?

Externa corticis peruviani cum aqua calcis applicatio eumdem effectum certo praestat, quem de saturninis obseruauit BELLIVS. Ichorem in pus laudabile conuertit, exsiccat ulcus, et, maxime dum cum opio miscetur, inflammationem praecauet. BROMFIELDIVS 72) specificum putat corticem externe adhibitum in ulceribus cum marginibus laxis, vel inflammatis, superficie pallida, ichore foetente et tenui. In ulceribus cum acrimonia acida confirmat usum huius remedii TODIVS. 73)

Pan-

68 b.) Cullen l. c. T. IV. §. 1757. Morand Opusc. de Chirurg. T. II. p. 456.

69) Buch für Thierärzte im Kriege. p. 20.

70) Medical Transactions Vol. III. p. 215.

71) Crells Annalen 1788. B. II. S. 36. 131.

72) Chirurg. Observat. and cases. p. 351.

73) Medic. chirurg. Bibl. B. I.

D



Pannum e lana confectum membro circumvoluendum, paulloque arctius constringendum, iam THEDENIVS 74) commendauit, denuo nuperioribus confirmatur UNDERWOODII 75) obseruationibus. Inuolutio membra ulceribus scrofulosis obsiti omnino magnam habere videtur efficaciam ad eadem ulcera sananda, quod quoque profitentur ELSIVS 76) et LOMBARDOVS. 77)

74) Neue Bemerk. und Erfahr. Th. I. p. 39. sq.

75) Von Geschwüren an den Füssen. p. 75.

76) Medic. Observ. and Inquir. Vol. IV. p. 14.

77) Opusc. de Chirurg. (Strasb. 1786.) p. 29. sq.

THE-

THESES.

- 1) Vesicatoria, ut variolae a facie arceantur, male suris impo-nuntur.
 - 2) Rhachitis adgreditur adultos, et veteribus non fuit ignota.
 - 3) Remedia specifica quamuis in genere valde dubia sint, tamen eos peccare non autumo, qui specificis ophthalmicis utuntur.
 - 4) In tussi conuulsiva plerumque indicatur emesis.
 - 5) Multa obstant, quominus verbi diuini praeconibus liceat medicinam facere.
 - 6) Aromatica et calida consolidantia in phthisi pulmonali non semper sunt repudianda.
-



Agathia und Hermann Pfeiffer (1)

Agathia und Hermann Pfeiffer (2)

Agathia und Hermann Pfeiffer (3)


Agathia und Hermann Pfeiffer (4)

Agathia und Hermann Pfeiffer (5)

Agathia und Hermann Pfeiffer (6)

Agathia und Hermann Pfeiffer (7)

Agathia und Hermann Pfeiffer (8)



Wol

PICA

DE

COGNOSCENDIS ET CVRANDIS
S C R O F V L I S ,



CONSENSV FACVLATATIS ILLVSTRIS,

PRAESIDE

PHIL. FRIED. THEOD. MECKEL,

MED. ET CHIR. DOCT., PROF. PVBL. ORD., DIRECT. INSTIT.
CLINIC. CHIRVRG., PHYSIC. CIRCVL. SALIC. ET
COMIT. MANSFELD.

PRO

GRADV DOCTORIS MEDICINAE

d. 27. Febr. 1790.

DISPVTABIT

ERNST GOTTLÖB KRAFT ,

HALENSIS.

HALAE ,

LITERIS CYRTIANIS.

